



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 91. Lutherus errores suos spargere pergit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Secul. XVI versus eum Romæ judicii acta instruan-
A.C. 1518. tur, atque a prætensis suis judicibus, in-
 superhabita submissione, suisque obtestationibus, damnationis sententia paretur,
 hinc eo compulsum se affirmabat, ut a
 Papa Leone male consulto provocet ad
 generale Concilium legitime congregatum, quod Ecclesiam universalem re-
 præsentans in rebus fidem concernenti-
 bus Pontifice superius foret; igitur, pro-
 sequitur Lutherus, a cunctis aduersus me
 attentandis, a judicii actis, anathema-
 te, censuris, omnibusque inde sequen-
 tibus ac secuturis provoco, simulque pro-
 testor, me huic appellationi inhæsurum,
 ac quamdiu necessarium duxero, eam
 prosecuturum.

§. XCI.

*Lutherus errores suos spargere
pergit.*

Hanc Lutheri provocationem Curia Ro-
 mana eo iniquiori ferebat animo,
 quo acerbiori doloris sensu experiebatur,
 quod Indulgentiarum existimatio Leonis
 X. decreto adeo non cresceret, ut etiam
 non parum imminueretur; Germani enim,
 cum Lutheri caussam omnino æquam
 censerent, Papam hoc Decretum non nisi
 proprii quæstus studio promulgasse arbit-
 rabantur; unde fideles Collectoribus
 nullas

nullas ferme eleemosynas elargiebantur. Sæcul. XVI.
 Ipse etiam Lutherus Saxonici Electoris A.C. 1518.
 præsidio elatus, omnes modestiæ termi-
 nos excedebat, suamque doctrinam Wit-
 tembergæ palam divulgabat, cunctos
 que hæreticæ pravitatis Inquisitores scri-
 pto provocabat, ut cum eo in arenam de-
 scenderent; hanc in rem non modo pu-
 blicæ securitatis literas a suo Principe eis-
 dem dandas pollicebatur, sed etiam eos
 benevole excipiendos, sumptusque quam-
 diu Wittembergæ agerent, suppeditan-
 dos fore promittebat. Hanc Lutheri pe-
 tulantium ac temeritatem haud parum
 acuebant Electoris Amici, eidem sugge-
 rentes, Vaticani fulmina nunquam Al-
 pes transitura, ac nonnisi in Italia auto-
 ritatem Pontificis formidari, eoque
 Principes ibidem agentes sacræ Sedi cli-
 entelari Sacramento obstricti essent, non
 ita Germanæ Principes; cum hi ad mu-
 tuam defensionem semper uniti forent;
 præsentesque rerum vicissitudines Maxi-
 miliano Cæsari, ut Saxonæ Electori ad-
 versaretur, haud permitterent, ac deni-
 que si Principum favores tamdiu durent,
 quamdiu propria eorum commoda,
 Lutherus de continuo Saxonici Electro-
 ris præsidio certus esse posset; præser-
 tim cum nulla conciliatione reparandæ
 crederentur injuriæ, quas Princeps ille
 a Romana Curia se accepisse contende-

B b 2

ret,

Sæcul. XVI. ret., eo quod filio ipsius spurio pro quo-
A.C. 1518. dam beneficio solitum illud *Gratis* dene-
gatum fuisset.

§. XCII.

Melancton novus Lutheri affecta.

Florem. Rœ- Luthero interea errores suos in Saxonia
mund. hist. spargente, atque impotentibus furiiis
de ortu hæ- aduersus Ecclesiam tumultuante, novus
ref. l. 2. c. 9. discipulus eidem accessit, qui Magistro
Camerarius suo addictissimus, ac individuus illius tam
in vita Me- prosperæ, quam adversæ fortunæ comes
lancht. fuit. Erat is Philippus Melancton anno
Sander. hæ- millesimo quadringentesimo nonagesimo
ref. 188. septimo die decima sexta Februarii Bre-
tæ, seu Bretini, inferioris Palatinatus
oppido natus. Illius Pater erat Georgius
Schwarzerd, in palatio Principum Pala-
tinorum armamentarii custos, Mater ve-
ro ejusdem fuit Barbara Reuchlin per-
celebris illius Reuchlini, alias Capnion
dicti soror. Philippus duodecimo ætatis
suæ anno Patre orbatus, a Matre sua Phor-
cenum urbem in Suevia sitam studiorum
caussa mittebatur, ubi *Melancton* græce
appellari voluit, quod idein ac patrio no-
mine Schwarzerd seu *terram nigram* sig-
nificat. Anno Domini millesimo quin-
gentesimo nono Heidelbergam venit, ubi
anno ætatis suæ quarto decimo die de-
cima Junii Anno Salutis millesimo quin-
gen-